



**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Consuetudine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

Novem. ecclesie, si pro alio ibidem non scripsimus, qui hujusmodi gratiam prosequatur, alio jam beneficium per nostras literas obtinente, prosequi non teneris. Cum super receptione duorum gravandi ecclesiam antedictam non fuit intentio mandatoris.

## CAP. XXXIX.

Ecclesia in qua Papa primus dedit monitorias, & secundus exequias, per primum, non per secundum intelligitur gravata.

Idem.

Litteris Apostolicis ad vos directis, ut G. clericum reiciperetis in canonicum & in fratrem, nisi pro alio sufficiat per nos ecclesia vestra gravata, mandatum nostrum vos exequi volumus & mandamus. Non obstante, quod T. Subdiaconum per nostras literas executorias receperitis, quia bona memoria H. p[ro]p[ter]a nostro monitorias imperavit. Cum factum p[ro]p[ter]a nostri potius, quam nostrum fuerimus prosecuti. a

## CAP. XL.

Dicas enim, cui scribitur, ut in diocesi sua, ubi pro alio scriptum non sit, presideat & faciat providere, non potest id exequi causa beneficium suum ad collationem alterius, jam pro alio gravata.

Idem.

Abbatem, qui mandatum Apostolicum jam recepit, ut A. clericu[m] in aliqua ecclesiis sui monasterii providet, & per literas generales ad diocesanum Episcopum obvenias, ut in diocesi sua [ubi pr[et]r[ad]it alio scriptum non est] faciat provideri, cogi juris ratio non permittit, nec super conferendis ecclesiis aut beneficiis aggravari, etiam si facultatem habeat diocesanus per easdem literas providendi.

## CAP. XLI.

Per rescriptum directum excommunicatori, ut absolvat excommunicatum, si contra concilium eum excommunicavit, datu[m] executribus, qui ex parente exequiatur, non excommunicator, sed executoribus cognito demandatur.

Idem.

A Excommunicato, qui contra statuta concilii b[ea]t[er] generalis alesse se ligatum, litteris ad excommunicatum obvenient, ut [est ista] sine difficultate absolvat eundem, & aliis & deputatis iudicibus, qui (eo non parente) mandatum Apostolicum exequantur. Non excommunicatori (qui de facto suo in hoc certus esse debet, licet in hoc deferatur eidem) sed illis cognito demandatur.

## CAP. XLII.

Si impetrant rescriptum ad beneficium, dixit se non beneficia-  
num, cum tamen haberet beneficium, licet exiguum, non valeat re-  
sponsus.

Idem.

S' proponente aliquo nondum se beneficium ecclesia-  
suum affectum, super provisione ipsius (licet minus competens obtinens), rescriptum Apostolicum de hoc mentione non faciens, impetratur. Illud velut fra-  
udulentem obtinentem dicimus non valere.

## CAP. XLIII.

Alacenter rescripte Apostolicis in casibus hic enumeratis, privan-  
ter commode rescripti, & condemnantur in sumptibus & dannis

Idem Episcopo Parisiensi.

Quia nonnulli diversi modis litteris Apostolicis  
obviantur, statuimus, ut quicunque obtentas sub  
 nomine suo litteras alias ejusdem nominis tradunt, qui eas  
quos volunt fatigant indebet per easdem, & qui eas  
tali modo recipiunt: quique illas contra quos nihil ha-  
bent questionis, faciunt in iudicium evocari: aut litteras  
ipas ad futuras trahunt controversias, que non  
a iudicibus deputatis.

a exscusi. b Later sub Inno. III. c. 47. c & aliis fi-

dum fuerant tempore imprecatio[n]is exorti: seu quen-  
quam super uno negotio, vel etiam malitiosè super pla-  
ribus personalibus actionibus, quæ sub uno iudice possem  
tractari commodius, per varias literas coram diversis ju-  
dicibus trahunt, ut laboribus fatigatus & sumptibus, vel  
compellatur componere, vel cedere iuri suo: aut reus a-  
ctorem eodem tempore ad diversa loca, vel indetermina-  
te ad villam, quæ communem cum pluribus ejusdem pro-  
vincie villis habet vocabulum, citari procurat, ut dum  
non comparuerit excommunicetur quasi contumax, &  
sic eum à sua intentione repellat: carundem literarum  
commode caret, & adversariis in moderatis expensis  
ac damnis, quæ propter hoc eos pertulisse constituerit, con-  
demnatur.

## DE CONSUETVDINE.

## CAP. I.

Consuetudo inferens gravamen ecclesie, debet judicis officio tolli.  
hoc dicit secundum intellectum magis singularem.

Gregorius in Registro. b

C Onsuétudines, quæ ecclesiis gravamen inducere  
dignoscuntur, nolite nos decet consideratione re-  
mittere.

## CAP. II.

Ex consuetudine potest introduci alius sive solennitas, per quam  
sime apprehensione reali transferitur possessio rei absentis. b. d. & ebb  
caesis singulare, secundum Abbatem. Sicut.

Innocentius III. Archiep[iscop]o & cap. Lugdu-  
senfi.

E X literis: [i & infra.] Si verò aliquis possessiones  
aliquas claustris, vel aliis religiosis locis, in bona  
[valeritudine;] vel ultima [voiunitate] pro suorum vult  
remedio peccatorum conferre: hanc conferendi formam  
esse proponis, quod in hujusmodi donationibus modicum  
terrae conficitur in manu accipere, vel in extremitate  
pallii manu pra[re]late ecclesie sufficietur, aut super altare  
ponendum sub testimonio[rum] & auditum [sub  
dicta forma,] quæ scotatio vulgariter appellatur. [z &  
infra.] Disce, vestre mandamus: quatenus donationes  
eorum, quæ sub'obtentu consuetudinis claustris, ecclesiis  
vel quibuslibet locis religiosis per conferuntur, etiam sunt  
collata, faciatis irrevocabiliter obierari, cum hujusmo-  
di signum, quod scotatio dicitur, non tam factæ donatio-  
nis, quam tradita possessionis sit evidens argumentum.

[i] Quia tu nobis, frater Archiep[iscop]o, desististi! intellectum  
manifeste, quod regnum Dace, quantum ad ea que oculis fori con-  
tingunt, consuetudinibus suis, & institutionibus Regio[n]is suorum o-  
mnino regatur. Unde nullum usum testamentorum illius provin-  
ciae hominibus contingit habere, qui alibi in ultimis cedentium ve-  
luntaribus secundum legalem observantiam custodierit.

[z] Veritas, quia hujusmodi donatio[m] malitiosa à quibusdam ca-  
villatoribus fecit effera impeditus, a nobis humiliter petitulisti, ne  
loca religiosa & ecclesia quibus multa possessiones sub scotacione hu-  
jusmodi sunt collata, ab aliquibus possint vel debent remiseri per  
petuari paterna deponere sollicitudine providere. Nolentes igitur  
ut tales constitutiones, quae durantur aeternis, ut afferis, obser-  
var, & usus consuetudine approbata, habentes renuncijs temeritate  
quibus infirmetur.

a addi generaliter de aliis que inservent rescriptum. l. i.  
C. si contra que vel util. pub. b. lib. i. ep[iscop]i. 6. q. ad Felicem Ep[iscop]um  
Iosephum Maffianensem, & cap. i. ed. m. m. i. compil. c Cap. i.  
ed. tit. in 3 compil. d in quebusdam recentioribus ita, sed  
male, meo iudicio, vel in extremitate pallii manus prelati ec-  
clesia, &c.

## CAP. III.

Non valet consuetudo, ut in causa ecclesiastica dictum populi pro sententia tenetur.

Idem Episcopo Pittavensi. a

**A**d nostram audientiam b neveris pervenisse, quod in tua dioecesi etiam in causa ecclesiastica consuetudo minus rationabilis habeatur, quod cum aliqua causa tractatur ibidem, & allegationibus & querelis utriusque partis auditus a praetribus literatis & illiteratis, sapientibus & insipientibus, quid juris sit queritur, & quod illi dictaverim, vel aliquis corum (praetribum consilio requirit) pro sententia tenetur. Nos igitur attendentes, quod consuetudo, qua canonici obviat institutis, nullius debet esse momenti, c. cum sententia non suo iudice lata nullam obtineat firmitatem: ut in causa ecclesiastica subjectorum tuorum poliquam tibi de meritis eorum constituerit, sententiam proferre valeas, sicut ordo posuit rationis, auctoritate tibi praesentium (praemissa consuetudine non obstante) concedimus facultatem. d

## CAP. IV.

Consuetudo non potest operari, ut clericus non Episcopus possit exercere ea, quae sunt reservata ordinis episcopali: e. est casus nota. Abbas.

Idem L. vicario nostro. e. apud Constantiopolim constituto.

**Q**uanto f. de benignitate [i. & j.] Pervenit sane ad quod in tua dioecesi etiam in causa ecclesiastica consuetudo, quod quidam simplices sacerdotes apud Constantinopol. ea sacramenta praefatum fidelibus exhibere, quae ab Apostolorum tempore fuerunt solis pontificibus celavata, ut est sacramentum confirmationis, quod christiano renatus sibi debet Episcopi per manus impositionem conferre, ad excusandas exculpatio-nes in peccatis: Iolam consuetudinem prætendentes, [z & j.] Di. t. mandamus, quatenus omnibus Presbyteris districte prohibeas, ne talia de cetero sua temeritate præsumant: quae licet non sint a fidelibus contemnenda, tamen tamen est ea sine periculo ex necessitate (qua legem non g. habet) omittere, quam ut ab his quibus ea conferre non licet, ex temeritate (qua lege damnum) non sine gravi periculo inaniter conseruantur: cum umbra quedam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effictu.

[1] Sed. Ap. locum obitum celorum, tanto tibi est. solicitus procurandum, ut te talem eidem exhibeas in negotio peragendo, non declinans ad dextram vel ad sinistram, quid non minus re quam nomine vices Apostolicas gerere comproberi.]

[2] Cum diuturnitas temporis peccati non immuat, sed augmetet, quae tanto graviora existunt, quanto infeliciter animam diutius detinunt alligantur. Volentes igitur bac & alia, que oculos divina maiestatis offendunt, agro dominico extirpari.]

## CAP. V.

Non valet consuetudo per quam interdicti sententia violatur.

Idem decano & cap. Cenomanensi. h

**C**um inter i. vos ex una parte, & canonicos sancti Petri de curia ex altera, super eo, quod dicti canonici generale interdictum ab Episcopo vestro, vel a vobis in civitate Cenomanensi positum non servabant, quodlibet & vertebar, [1 & j.] Procurator vero ipso-rum propulit, quod ipsa ecclesia sancti Petri a prima fundatione libera extitit & exempta: & de consuetudine antedicta in generali etiam interdicto licitum erat eis, pulsis campanis alta voce interdictis & excom-

a. al. Parisiensi. al. Patavensi. b. Ca. i. ed. tit. in 3. compil. c. Tex. off in l. in glo. magna. & ibi Cy. c. qua si lon. confut. & in l. nemo alieno. inglo. temporali. ff. de reg. iuris. d. Liberam facultatem. e. Idem Lucco vicario. &c. f. Cap. 3. ed. tit. in 3. compil. g. lvnff. de confut. & in l. non solum. 3. fin. ff. de ex- tur. h. al. Idem N. Decanus. &c. i. Cap. 4. ed. tit. in 3. coll. k. Verteretur.

municatis exclusis divina officia celebrare. Nos igitur cognito, quod ex tali consuetudine, si qua foret, diffundetur nervus ecclesiastica disciplina, ipsam de consueta fratum nostrorum duximus irritandam.

[1] Ut utraq. pari eandem causam fine debito terminaret, sum nuncum ad se. ap. destinariunt. partibus ergo in nostra presencia constituti, per procuratores idoneos es. audientiam praebuum liberam & benignam. Et quidem ecclesia vestra propositus procurator, quod cum Cenomanensi ecclesia suo loco & tempore praefixibus secularia potest statu interdicto velis supponere civitatem ecclesia beatis Petri de curia, tanquam suo caput membrum non eborum, campana pulchra, aperte sanu divina officia celebrare alii, eis sanitibus non obmagis. Cum autem ven. F. n. Hofsiens Episc. tunc in paribus illa legationis officio fungere, sedone canonicus ad ejus presentatio accedenter fiduciam ei super hoc querimoniam expone curaverunt, que partibus concorciatis, & rationibus nostris, partibus diligenter audiis & cognitis: cum pari ecclesie sancti Petri priuilegia sedis Apostolica non posse offendere se ministrant, immo & firmiter constaret, quod ex superiora potius ad hoc, quam ex causa rationali ducetur, sententia definivit, quod cum in civitate Cenomanensi postum efficit interdictum, illud eadem ecclesia defervat, vinculo quoque excommunicationis ac pena ordinis ac beneficii eos supponere, qui sua diucent sententia resipescunt. Postmodum vero cum proper quoddam ex officiis seculari potest in Civitate Cenomanensi civitas supponere ecclesiastico interdicto: & ipsi canonici sancti Petri denunciatione fuisse, ut a devisorum celebrante secesserint, & observarent sicut alia ipsius civitatis ecclesiae interdictum, ipsi majorum temeritatem sua audacia adjungentes, cum maiori solemnitate suum sum officium exsecuti, venire contra legem sententiam non verentes.]

## CAP. VI.

In attributis officiis novis dignitatibus, servatur consuetudine ci- cianorum civitatum, quae si diversa fuerint, servabuntur magis rati- nabiliter, & alii non prejudicantur.

Idem Episcopo Heliensi.

**C**um olim a Londonensis Episcopis nostris auribus cinctis esset, quod in sua ecclesia proposulerat statu precentorem, nos ejus precibus inclinati, ei licentiam concessimus precentorem: hujusmodi ordinandi, dummodo in conferendis fibi redditibus nulli inferetur praedium, statuentes ut precentor taliter institutus, in sessi- nibus, processionibus, & aliis illam haberet in Londonensi ecclesia dignitatem, quam habent alii precentores in alia ecclesiis Anglicanis: [1 & j.] Quocirca mandamus quatenus, si secundum diversas consuetudines locorum, diversa habere noversis precentores in Anglicanis eccl. dignitatibus, jam dictum precentorem illam habere facias in Londonensi ecclesia dignitatem, easq; manere con- tentum, quam (rationabiliter & adprobato) consuetudinib; ecclesiæ salvis) fini prejudicio alieno poterit obtinere.

[1] Postmodum autem nostri fuit auribus intimatione, quod vicecidem Episcopus dili. fil. G. in eadem ecclesia instituerit pre- centrem, quod tamen a nobis fuerat de præbitali dignitate statutum, biennio jam elapsi ex quo non curavimus. Quapropter rite dedimus in mandatis, ut illud, sublatu cuiuslibet contradictioni & appellati- sculo, exequi non possemus, contradicentes per consuetudinem cam compescendo. Noviter vero dil. fil. decanus & quadam alii personatis habentes in ecclesia memoriam suam nobis transmis- querelam: quod cum per ecclesiæ Anglicanae consuetudinem earum, cum sui varia & repugnantes, convenire simul in uxori, si qui noster est institutus in ecclesia London. precentor, non contentus a quod habere potest sine prejudicio aliorum, occasione literarum nostrarum quasdam ipsius decani & aliarum precentorum episcoporum dignitate ecclesia fibi nititur in praedictum eorum aggre- vare.]

## CAP. VII.

Non potest inducere ex consuetudine, ut quis posset dimittere

a. Cap. 5. ed. tit. in 3. comp.

digitus.

*sigillatum sine superiori uicentia, vel ut possit electus administrare, non habita confirmatione a superiori.*

*Idem conventus Corbiensi monasterii. a*

*C*um venerabilis b frater noster Episcopus Hostiensis & L. sancte crucis Presbyter cardin. in partibus Alemaniae legationis officio fungenterat, invenerunt Abbatum de monasterio Hemionensis quod ad Rom. eccl. non sicut pertinet nullo incedi, ad monasterium Corbiense quod est etiam Rom. eccl. specialiter, temeritate propria migrasse: licentia illud defendi, vel confirmatione nobis, vel ab ipsis, qui vices nostras in illis partibus tunc gerantur, nec habita, nec petita: & i. Postmodum suorum nuntiij eis ad defensionem ipsius generalem illius ter confuetudinem allegantur.

*C*um igitur haec non sunt consuetudo, quam corrupula mentis sit censenda, qua profectio sacris est canonibus iniuncta, plam mandamus de cetero non servari. c

#### CAP. VIII.

*De consuetudine potest induci, quod una eccliesia de gremio alterius tenet sine prelatorum elegere. Et consuetudo est optimam te-  
lum interpres.*

*Idem decan [Salesbriensis. A.] Archidiac.  
& magister P. Penitentiario.*

[Parisensi. d]

*C*um dilectus e filius Guil. Andren. eccliesia monachus, qui pro clero ejusdem ecclie se gababat & procurator monasterii Karofen. super jure eligendi Abbatem in Andren. monasterio, & ejusdem electione in nostra praesentia ad invicem litigarent, idem Guil. electionem suam a fratribus Andren. eccliesia concorditer celebravit, auctoritate Apostolica petit confirmari, adficiens tam de jure communis, quam de privilegiis specialiis ab Alex. Papa concessis, & a nobis postmodum confirmatis, liberam eligendi auctoritatem ad eosdem fratres tantummodo pertinere. [ i & j. ] Dicitur vero procurator propositus ex adverso, quod cum olim ad petitionem patronorum ecclie à f. Morien. Episcopo futuri confinuum, quod si prefatus locus divino munere adeo palluaret, ut prior, aut Abbas constitueretur ibidem, electio ejus penes fratres ejusdem loci, & capitulum Karofen. penderet, & obtinuerit hujusmodi statutum sic fieri longe retro aës temporibus observatum, ut monasterio Andren. vacante, Andren. fratres in Karofen. capitulo aliquem de gremio monasterii Karofen. sibi elegerint in Abbatem: electio predicti G. tam contra factum tenorem, quam etiam contra consuetudinem approbatam (qua optima est legum interpres) minus causice attentata, merito cassari debebat: [ 2 & j. ] Quia nobis confitit electionem ipsam a iusplenum, & de iuspleno etiam celebratam, eam iustitia castigavimus exigenze. Ceterum cum supradictum statutum ita sane posse intelligi, quod per illud nec juri communis, nec privilegio derogatur: ut videlicet ad expeditos fratres electio speciei Abbatis, & ad Karofen. capitulum confirmatio: mandamus: quatenus si ex parte Karofen. censu talis fuerit consuetudo probata, quia juri communi prejudicet, in hac parte vos secundum illam determinans electionem Andren. Abbatis de cetero faciemus, alioquin Andren. monachis jus eligendi Abbatem adjudicare curatis: ut si de cetero liberam habeant facultatem de gremio ecclie sua vel etiam aliunde per electionem canonicanum eligendi personam

<sup>a</sup> al. ista: Idem conventus & Corbiensi monasterio. <sup>b</sup> Cas. ed. ist. in j. compil. <sup>c</sup> Vide Iren. non novam. C. de jud. & ibi. Part. de bel. Cy. Barto. & Bald. & L. z. C. qua sit long. consuetudo. <sup>d</sup> al. Salesbriensi. <sup>e</sup> Cap. 7. sed. iii. in j. compil. <sup>f</sup> Ad. ritter.

*idoneam in Abbatem praesentandam Karofen. capitulo, ut ab eo (si fuerit canonica) confirmetur.*

[ 1 Nam de jure communis omnis congregatio monachorum eligere sibi debet Abbatem: & in ejusdem Alex. privilegio continetur ut obverse monasterii Andren. Abbatem nullus ibi qualibet surreptus nisi astura seu violentia proponatur, nisi quem frares vel eorum pars consilii sanctorum secundum Deum & beati Benedicti regulam duxerint eligendum, a nobis quoque prædicti fratribus dignoscatur esse concessum, ut licetum sit eisdem cum ecclesijs suam Abbate vacare contigerit, personam idoneam de gremio ejusdem ecclie, vel alii pro regulare electionem sibi praescribere in pastorem Karofen. monasterio praesentandam, ut ab ipso confirmationem accipiat, & reverentiam quam ei debet impendat.]

[ 2 Et mandari fratibus antedictis, ut iuxta quod est habent obvenient, procederent ad electionem Abbatie: & infra. His igitur & aliis qua coram nobis utring, sive propria perspicaciter intellectu.

#### CAP. IX.

*Capitulum sine Episcopo statuta, seu consuetudinē novas facere vel antiquas amputare non potest.*

Honorius III. a Parisensi capitulo.

*C*um consuetudinis ususque longavi non sit levis auctoritas, & plurimique discordiam pariant novitates. Auctoritate vobis praesentum inhibemus, ne abfique Episcopi vestri consensu immutetis ecclie vestre consuetudines & consuetudines approbatas, vel novas etiam inducatis. Si quas forte fecisti, irritas decerneris.

#### CAP. X.

*Non valit consuetudo, per quam quis inducitur ad peccandum vel bona propria dispendium.*

Idem majori d. Burgen. de Rupella.

*E*x parte vestra fuit prius propositum, quod cum in patria vestra servata sint haec tenus duæ consuetudines abusiva, una quod si indigena vel extraneus prodigalitatis via vel incuria, seu quocunque casu alio dissipaverit vel a miseris bona sua, bona uxoris sua, tam mobilia, quam immobilia pro sua voluntatis liberto, & alieno. [ i & f. ] Et quod si vir ducat uxorem, que fide conjugii violata committat adulterium, nihilominus ipsa medietatem omnium bonorum, que fuerit vir adeptus, impudenter exigit, & improde apprehendit: quæ porius privanda esset omnibus viri bonis: [ 2 & j. ] Tenore præsentium declaramus, vos non teneri ad hujusmodi consuetudines observandas.

[ 1 Quare fit interdum, ut viro defuncto mulier remaneat indecata, & superfluitas filii extreme subjacent incommoda desperata. Alia quoque consuetudo est non impariter reprobatoria.]

[ 2 Quare super huius vobis per ap. se. previdere humiliiter postulamus. Nos igitur salutis & utilitatis vestra confidere cupentes.]

#### CAP. XI.

*Consuetudo non derogat juri naturali, seu divino, cuius transgressio peccatum inducit: nos positivo, nisi sit rationalis & praescripta.*

Gregorius IX.

*C*um tantò sint graviora & peccata, quanto diutius infeliciem animam detinent alligaram, nemo sanctus intelligit naturali juri (cuius transgressio periculum salutis inducit) quacunque consuetudinem (qua dicenda est verius in hac parte corruptela) posse aliquatenus derogari. Liceret etiam longava consuetudinis non sit vilis auctoritas, non tamen est ille adeo valitudo, ut vel juri positivo debeat præjudicium generare, nisi fuerit rationabilis, & legitimè sit præscripta.

<sup>a</sup> al. ista: Idem conventus & Corbiensi monasterio. <sup>b</sup> Cas. ed. ist. in j. compil. <sup>c</sup> Vide Iren. non novam. C. de jud. & ibi. Part. de bel. Cy. Barto. & Bald. & L. z. C. qua sit long. consuetudo. <sup>d</sup> al. Salesbriensi. <sup>e</sup> Cap. 7. sed. iii. in j. compil. <sup>f</sup> Ad. ritter.